

Incipit liber brevis que nos genesi
 In principio creavit deus celum **dicimus**.
 et terram. Terra autem erat inanis et
 vacua: et tenebre erant super faciem abyssi.
 et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitque
 deus. **Fiat lux.** Et facta est lux. Et vidit
 deus lucem quod esset bona: et divisit lucem
 a tenebris. appellavitque lucem diem et
 tenebras noctem. **Factusque** est vespere et
 mane dies unus. **Dixit** quoque deus. **Fiat**
 firmamentum in medio aquarum: et divi-
 dat aquas ab aquis. **Et fecit** deus firmamentum
 sub firmamento ab hijs que erant super
 firmamentum. et factum est ita. **Vocavit**que
 deus firmamentum celum: et factum est vespere
 et mane dies secundus. **Dixit** vero deus.
Congregent aque que sub celo sunt in
 locum unum et appareat arida. **Et factum** est
 ita. **Et vocavit** deus aridam terram:
 congregatioque aquarum appellavit
 maria. **Et vidit** deus quod esset bonum. et
 ait. **Germinet** terra herbam viventem et
 facientem semen: et lignum pomifera faciens
 fructum iuxta genus suum. cuius semen in
 semetipso sit super terram. **Et factum** est ita. **Et**
 protulit terra herbam vivantem et facientem
 semen iuxta genus suum: lignumque faciens
 fructum et habes unumquodque semen secundum
 speciem suam. **Et vidit** deus quod esset bonum:
 et factum est vespere et mane dies tertius.
Dixitque deus. **Fiant** luminaria
 in firmamento celi: et dividant diem ac
 noctem: et sint in signa et tempora et dies et
 annos. ut luceant in firmamento celi et
 illuminent terram. **Et factum** est ita. **Fecit**que
 deus duo luminaria magna: luminare
 maius ut preller diem et luminare minus
 ut preller noctem et stellas: et posuit eas in
 firmamento celi ut luceant super terram: et

preller diem ac noctem: et dividant lucem
 ac tenebras. **Et vidit** deus quod esset bonum:
 et factum est vespere et mane dies quartus.
Dixit etiam deus. **Producant** aque reptile
 anime viventes et volatile super terram
 sub firmamento celi. **Creavit**que deus cete
 grandia. et omnem animam viventem atque
 motabilem quam produxerant aque in speciebus
 suas. et omnem volatile secundum genus suum.
Et vidit deus quod esset bonum. **benedixit**que
 eis dicens. **Crescite** et multiplicamini. et
 replete aquas maris. avesque multiplicentur
 super terram. **Et factum** est vespere et mane
 dies quintus. **Dixit** quoque deus. **Pro-**
ducat terra animam viventem in genere suo.
 iumenta et reptilia. et bestias terre secundum
 species suas. **Factusque** est ita. **Et fecit** deus
 bestias terre iuxta species suas. iumenta
 et omnem reptile terre in genere suo. **Et**
 vidit deus quod esset bonum. et ait. **Facia-**
mus hominem ad ymaginem et similitudinem
 nostram. et preter piscibus maris. et vola-
 tilibus celi et bestijs uniuscuiusque terre. omni-
 que reptili quod movetur in terra. **Et creavit**
 deus hominem ad ymaginem et similitudinem
 suam. ad ymaginem dei creavit illum. ma-
 sculum et feminam creavit eos. **Benedixit**
 que illis deus. et ait. **Crescite** et multiplica-
 mini et replete terram. et subiacite eam. et domina-
 mini piscibus maris. et volatilibus celi.
 et universis animantibus que moventur
 super terram. **Dixit**que deus. **Ecce** dedi vobis
 omnem herbam afferentem semen super terram.
 et uniuscuiusque ligna que habent in semetipsis
 semen generis sui. ut sint vobis in escam
 et cunctis animantibus terre. omni-
 que volucrum celi et universis que moventur in terra. et in
 quibus est anima vivens. ut habeant ad
 vescendum. **Et factum** est ita. **Vidit**que deus
 cuncta que fecerat. et erant valde bona.